UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt

Nádasi, János

Romæ, 1657

Nicolaus Keyan Fucunanga.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

Visual Library

Nicolaus Keyan Fucunanga.
Scholaſticus.

In Seminario per triennium latinâ lireraturâ imbutus, illam plenâ cæleſtis zeli facundiâ nobilitauit. Eapropter à ſuis ciuibus in ſcrobem, deorſum verſo, & aſſerculis duobus incluſo capite, manibus reuinctis, è pedibus pendens demiſſus eſt primus. At Beatiſſima Dei Mater, cuius dulciſſimo nomini apprimè erat deuotus, illum iſtic non ſemel inuiſit; ad ſedendum & quieſcendum, è ſuſpendiario illo ſupplicio tãtiſper depoſuit; potu frigidæ indulgenter recreauit; cuius etiam cyathus cum aquâ, ipſo à vinculis abſoluto inuento, repertus. Interrogatus ecquid ægrè ſentiret? Reſpondit, quòd Im-

Iapan. Nangaſachi. 31. Iulij. 1633. ætat. 63. Soc. 45.

B. V.

Potus.

Zelus Fidei.

Imperatorem, & omnem lõgè latèque Iaponiam non poſſet, ita vt optabat, & laborabat, ad Chriſti cultum adducere: hoc enimuero impensè ſibi eſſe moleſtum. & luculentâ diuinæ Matris beneficentiâ enarratâ, quarto poſteaquam ſuſpenſus fuerat die in ſcrobe deceſſit, eâ ipsâ luce quâ S. P. Ignatij dies auguſtè percolitur.

AVGVSTVS.

P. *Franciſcus Carrion.*

Hiſpanus. Ikizuki. Auguſto. 1590. ætat. 38. Soc. 19

IN Indiam cum Alexandro Valignano Viſitatore, ac poſtea in Iaponiam penetrauit; eiuſdem iuſſu primus annuarum Iaponicarum autor, anno 1579. In Scimo inſula, & Meaci ſtrenuè induſtriæ ſuæ vires exercuit,